



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,
tum pro Pœnitentibus**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

An timor mali temporalis possit esse motivum Attritionis, §. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

3 Lib. I. Cap. 1. §. 4.

10 Denique adverte non esse
satis propositum solum sine ex-
plicito dolore , sicuti diximus
sufficere solum dolorem sine ex-
plicito proposito. Differentiæ
ratio est, quia in proposito de
futuro non includitur odium
præteriti; posset enim quis sic
sentire. Nolo in futurum occi-
dere, complacet tamen semel oc-
cidisse: id quod non est in vero
dolore. e

e Idem

De Lugo

ibid. n. 56

§. 4.

An timor mali temporalis possit
esse motivum Attritionis.

II Inter motiva Attritionis,
de quibus n. 4. diximus, li-
cet aliqui non admittant aliud
quartum, id est, timorem mali
temporalis, atque adeo, qui pec-
cata execraretur propter timo-
rem infamiae, carceris, ægritu-
dinis, & similium , quæ propter
peccata

peccata incurri solent , legiti-
mum dolorem pro Sacramento
Confessionis, per hos Doctores,
non afferret , quia hujusmodi
dolor naturalis est (ajunt) non
autem supernaturalis , & prout
oportet ad gratiam supernatura-
lem obtinendam; tamen in sen-
tentia probabilissima a etiam *a Regin'*
hoc motivum est sufficiens, si *Tom. I. I. 5*
hujusmodi mala temporalia ti- *de contrit.*
meantur, ut à Deo inflicta , seu *n. 4,*
infligenda, ut sic enim superna-
turalem dolorem parere potue-
runt : concipi autem hujusmodi
timor in hunc ferè modum po-
test. Detestor peccata quorum
causa me Deus meritò febri, car-
cere , malisque similibus tem-
poraneis affliget , conteretque.
Notanter enim Concilium Tri-
dentinum *b* cum ex timore con- *b Concil.*
cipi posse Attritionem docuit; *Trid. sess.*
non dixit pressè ex timore so- *I 4. c. 4.*
lum gehennæ, vel alterius pœnæ
spiritualis, seu æternæ; sed addit

A 5 in

10 Lib. i. Cap. i. §. 5.

in universum ex timore poena-
rum: sic enim habet. Attritio,
quæ vel ex turpitudinis peccati
consideratione. vel ex gehennæ,
& pœnarum metu communiter
concipiatur, &c.

§. 5.

*An actus amoris Dei sit sufficiens
dispositio pro Sacramento
Pœnitentia.*

11 **A**ctus amoris Dei solus,
sine formali dolore pec-
catorum, licet in probabili sen-
tentia sit fatis ad justificandum
peccatorem extra Sacra-
mentum, at ex communissima Theo-
logorum sententia non est suffi-
ciens dispositio ad Sacramentum
pœnitentia; quia hic ex Conc.
Trid. requiritur ut pars actus
pœnitentia, id est, dolor, & de-
fatio; quæ simpliciter prolatæ
intelliguntur de actu formali,

DOM